

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Seria litteratorum, hominum poenitentia, institutio
eruditorum delinquentium - Cod. Ettenheim-Münster 60**

[S.l.], 1727

Sectio 3

[urn:nbn:de:bsz:31-108344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108344)

Nihil sane prolixum foret literatos commemorare
 singulos, quorum circulos mors admodum accelerata,
 ut Archimedis doctum et eruditum pulverem ferrox, et
 impius miles turbavit, cumq; ipso disticet Domino. Non
 est profecto, ut mortalium Doctissimi, Nestores sibi pro-
 mittant annos, cum afflicti ut plurimum laborent vale-
 tudine, atq; innumeris propemodum agribus, et pe-
 riculis corpora eorum sint exposita. ubiq; obvia est
 calamitosa Virorum eruditissimorum (ap corpus quod
 attinet) hebetudo, cum non unus, non duo, non Decem
 sed innumeri propemodum morbi illis insidiantur, quin-
 imò vix alius mortalium ordo existat, qui frequentiora
 det, magisq; conspicua fragilitatis humanae documenta,
 quam Literatorum. utpote studijs ac lucubrationibus
 Severioribus robur suum vita exhaerentium, ut ante diem
 ut plurimum conefciant, nec tam labefectando corpus,
 quam funditis, Notuendo, vitam suam citius conterant,
 atq; pessudent. Nec habent omnino homines Docti-
 ssimi, literatissiq; illustres, unde de vita sua sum brevi-
 tate, tum frequenti, nimirum explorata calamitate,
 conquerantur, cum potius de vita male et perperam
 transacta ipsi epeb conquerendum, sollicitèq; cogitandum,
 quomodo optima vita extendenda ratio inisi, omniumq;
 calculo brevissima, perquam longa effici, parvumq;
 annorum numerus in immensum augeri queat: quam
 maximè autem cavendus ipse est, atq; cave pius, et angue
 de vitandus periculosus ille scopulus, ad quem maior,
 et Literatorum, et reliquorum mortalium pars navem
 suam miserè adfligere solet, dum nullam prorsus se-
 rie ad Deum conversionis rationem habet, neq;
 Deo ad penitentiam vocanti quatuorq; asurgendum
 putat, quousq; letho praecosi, ac simul sempiterna
 datur intersecioni. O miserum Literati hominis in pec-
 catis suis obdurati statum! O extremam Hypostilorum
 Calias eruditissimorum, infelicitatem, si omne sanctissi-
 simi Minimis de salute sua consilium spernendum
 penitus duxerint, imò ridendum tacite atq; subsan-
 nandum!

Sectio 3.
 Literatorum Hominum, pessime,
 ad animum quod attinet, aectorum,
 curatio salutaris.

Insigne proorsus, et tantum non ex ape christia-
 num sancte proditum evangelium in dyces personis acro-
 ama: o mī μεταπειθήσας, αὐιατοβ: quem factorum suorum
 non poenitet, is nunquam ad sanctam mentem revertitur.
 Sed vero locum cum primis habet in miseris illis orbis
 eruditi incolis, qui poenitentiam refugiunt, nec abijca-
 re solum pharadum animo saluberrimum, verum
 in nocentissimum etiam venerum vertere id ipsum
 minime dubitant. Cum singulis ferè animantibus
 singula medicamenta Deus conceperit, quibus ad
 sanitatem atq; vires recuperandas salubriter utan-
 tur: Doctorum hominum paracean, non nisi poeni-
 tentiam sinceram suisq; absolutam nunquam esse
 voluit, remedium verè divinum, non quale à Medico-
 rum filijs alio celebratur, sed longè divinius morbos
 sanat, vigorem perditum restituent, atq; idem om-
 nino in animo faciens, quod alio in corpore: cum
 eius succus mentem maxime emaculet, catergat, et
 ipsa anaritudine sua valetudinem conciliet. Neq;
 vero ad quarendum pretiosissimum hocce alioes
 genus, literatis viris in Ardiam usq; navigandum est
 neq; medicamentum Metanea à Garamanthis aut
 Gymnospistis petendum: minime cum cervis abundum
 in Cretam, ut ditannum investigent, nec in littoribus
 oberrandum, aut rimanda cum usis fornicarum labab-
 rosa cubilia, ut afflictissima mentium suarum agrotat-
 tioni medeantur: Domi, sua nascitur pancrestum illud
 medicamentum, neq; in alià prohat officina, nisi ea, ubi
 divina pyxides, et alexiteria pharmaca, et propè dicam
 ipsa salus. Unde precibus ardentissimis petenda saluber-
 rima illa herba Borith, myrrha et alioe expurgans,
 malagna sapientis, et cataplasma Hsais, quo, celesti
 beneficio, morbi etiam desperatissimi depellantur.
 Vix sanè quispiam Eruditorum inficid, ire praes-
 sumet, spiritum illum poenitentis, sanctiq; meroris,
 eximium benignissimi Dei donum esse: cum è sacrarū
 literarum monumentis planissime constet, non nisi
 Optimi Numinis beneficio fieri, ut ferrea corda ad
 poenitentiam emolliantur. Egrèdem immens, et in-
 superabili clementia patris illius benignissimi tri-
 buendum unica est opus conversionis humana, qui
 pollicetur se Hebraos, aliogque ingratos, et sceleribus
 cooperatos, in odorem suavitatis suscepturum, et re-
 ducturum in terram Hsael & tetrā, et miserabili

Aristot.
 Ethic.
 l. 7. c. 8.

Eszech. 20.
v. 43.

Captivitate: ibi Cinguit) Displicabit vobis in conspectu vestro, in omnibus malitijs vestris quas fecistis.

In solis radijs scripta sunt oracula, quibus sanctissimi Numinis placabilitas et dulcedo adumbratur, suos ad penitentiam incredibili dono, et beneficio invitantis. Et mirum profecto, quantum cum suavitate, saluberrimum illud remedium, Deus instituerit, quod omne scelerum genus sanaret, quod sinum aperiret boni parentis ad prodigum filium, donum panderet ad ingratum et criminis fugitivum recipiendum. Quid obsecro salutaris, quam animo humili, et abjecto, et constanti voluntate, dulcem marum admovente Metanaea, dicere cum Evangelico penitente: peccavi pater! Necesse est, hominem mente captum, sicut furiosum esse, aut in signi vacordiam sui negligentem, qui medicamentum salutare tam facile refigerit. Velut sardonis herbi inestatus, ille videbitur, qui perire morbo suo malit, atque emori, quam remedio uti tam proficuo et salutari. Felices vero eos, ac terque quaterque beatos, qui calidius pretiosissimo isto abois genere donati, optabilem eius usum fructumque consequuntur! Neque enim Medica solum est Metanaea Christiana, sed plurimis etiam admirandis sociata emolumentis. Et quid obsecro mirabilius, quam quod ea virtus, quae tota est dolore nascitur, ut indica myrrha est spinis, dulces adio atque amantissimos proferat fructus? tantum profecto abest, ut penitentia Cappellatationis, sua tenore, parum, aut afflictionem habeat finitiman: ut potius mirabili modo eam immittuat, atque immensis voluptatibus cultores alumnorum suos perfundat. scite hanc in rem Tertullianus: cum provolvit hominem penitentia Cinguit) magis relevat, cum squalidum facit, magis mundum reddit, cum accusat, excusati, cum condemnat, absoluit. Oim- mensum bonorum s. Metanaean concomitantium acervum! cum provolvit illa, magis relevat, quod pudore magis, et verecundia centrum petit, eo sublimius, ad luminosum Dei solium attollitur, pulverem lambit, simul et Divino pectori osculum figit. tristitia nubem inducit, simul et caelestem serenitatem. denique dum in terra volutatur, calum expugnat. sola penitentia Cinguit) Cyrillus Alexandrinus) servat hominem prope dappositum, atque è certo exitio liberat, iudicem flectit, et furorem eius sedans, nec non ad bonitatem illi propitiam facile adducens. Et alio in loco praclare ait,

plin. l. 12.
c. 16.

Tertull.
l. de penit.

Cyroll. alex.
in syphon.
c. 1. n. 7.

Dolentis lacrymas excipere felicissimam quandam amnes-
 tiam, Deumq; misericordiam efficere. Cum sacra Metanoea,
 lumina sua in calum sustulerit, pio rore manantia
 subito fulmen à manibus Numinis abiecit, chirographum
 sortis animae dilacerat, aboletq; in tempus sempiternum.
 Quid, quod tanta penitentiae vis sit, atq; efficacia, ut
 horribitas scelerum notas, eà exorientes deleat Deus, quas
 velut in adamante ad aeternam facinororum memoriam
 duxerat perscribendas. quamprimum anima penitens
 ad optimi parentis pedes sese abiecit, dulcia illa eam
 audiuntur: ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propi-
 terno. sic adamantina illa tabula non animantis
 sanguine, sed filij Dei cruore franguntur, scriptura
 vanebit, peccata eluuntur. In gratiam redit gratia
 cum pectore contrito, stolam id accipit innocentiae can-
 didam, floridamq; non psichris, sed maximis atq; splen-
 didis virtutibus. Hinc est quod cum Lavacro etiam
 Vates et patres divini penitentiam componere soleant,
 unde insignis illa, Numinisq; gratissimus candor enile-
 at. Hoc Lavacrum Cingit pie laureatus Cyprianus,
 quotidianis est excipibus institutum, et iugis retractatio-
 usq; ad novissima veniens, omnia debet opera, et cogitatio-
 nes singulos perferuari. Illud facit ex ipsis etiam literarum
 elegantiorum, artium item, facultationumq; superio-
 rum Candidatis, Nataros exaltatos supra nivem,
 qui scilicet, ut Tertulliani verbis utat, refoe luridati
 delinquentia maculis, et nigrati ignorantia tenebris
 fuerunt. quamprimum ipsa Divinus spiritus ferreretur gen. i.
 Super agros, abstulamq; vim et energiam communica-
 verit. Dici vix potest, quanta pulchritudo docti hominis
 animae Lavacri eius beneficio obveniat, quamq; illust-
 ris eximij decoris venustas illi accedat.

idem in
 cult.
 n. 30.

Gfa. 43.
 v. 25.

S. Cyr.
 De Ablut.
 ped.

Verum enim vero, cum sinceram duntaxat seriamq;
 penitentiam illustra illa bona concomitentia, neq;
 esanguis, et quivila respicientia, Medicamenti nomine
 venire queat, necesse est, ut resurgentes Mesopshili,
 omni pseudo-metanoea, sive ethnica illa sit, sive iudaea,
 aliterq; vitiosa, prosperta, non nisi veram christianam
 Calibusq; imò principi Deo complacentem amplectantur,
 siquidem faucibus eripi satanicis, morbis liberari exitialibus,
 et Natarorum fulgentissimorum instar, supra nivem
 velint dealbari. Tantum profecto abest, ut capsula illa atq;
 insida ethnosophorum Metanoea, malis mederi queat
 Eruditorum, epidemicis atq; inveteratis, ut notius gradioribus
 eos exponat periculis, nec minus vana male sanans ostenta-
 tionis vinculis invehat, et graviozem Numinis offensi vindicta
 illis interminet.